



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Oratoriæ tres partes, Sacrorum initia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

AMORIS PETULANTIA.

ACTIACA VICTORIA.

CAP. XXXIII.

Quasi hic aliquis, quid sibi velint Leonis anteriora, quae in Chimera fuisse traduntur, cuius figuram Homerus ita descripsit:

Προσθε λεων, οπιθεν δε δρακων μεσση η χιμαυρα. b

Eam autem amoris petulantiam, quae fuerit à Bellerophonte coercita, significare clari plerique authores volunt. Huiusmodi enim sunt amoris initia, qui primo statim insultu Leonina feritate nos aggredi videtur, dictumque est Epicharmi Comici,

Δομιτης ερωσ λεοντια δουδαμει θαλερος.

Amoris molliem Leonis robore domitandam.

Eoque respexisse videtur Horatius, cum de juvene perduto amore capto ait:

Vix illigatum te triformi

Pegasus expediet Chimera.

Capra procacitatem atque lasciviam significat, cui animosus idem Heros fortiter obstitit; Draco vero insultus, pugnamque adeo periculosam, quae omnia ex peculiaribus Commentariis toto hoc opere suis quaeque locis explicantur.



b Sic Lucretius.
 primo Leo.
 proferema
 draco. me-
 dia ipsa
 Chimera.
 Amoris ini-
 tia.

TRES ORATORIAE PARTES. CAP. XXXIV.

Nazianzenus verò, nec non interpres Hesiodi, per Chimeram tres Rhetoricæ partes intelligunt: Judicialem quippe per Leonem, ob terrorem quem reis incutit: Demonstrativam per Capram, quod in eo genere dictio plurimum soleat lascivire: Deliberativam demum per Draconem, ob varietatem argumentorum, longioresque circumductus, & spiras quibus in persuadendo opus est. unde etiam monstri filia fingitur ab Hesiodo, Echidna nomine, per quam πικίλον οὖν καὶ σολευδὴ intelligi contendunt, quippe mentem multis & variis prædium disciplinis.

c Ovid. lib. 3. f. 4.

SACRORUM INITIA. CAP. XXXV.

Neque prætereunda est Leonis facies illa, quae omnium prima visa est Ezechieli, per quam ejus disciplina periti ajunt initiandorum sacrorum admonitionem nobis oblatam. Eam vero in primis visam, quod à Principum vita soleat totius populi consensus legem sibi constituere. Ad valvas igitur templorum, sustinendis modo postibus, modo hyperthyris, modo pronais locorum ubique Leones subjiciuntur: ut cum Maronis dicto, vel præcipuo potius summi Dei præcepto, Deos primum venerari meminerimus. Et nullam esse gentem tam efferam, neque animum tam indomitum, qui non possit religionis cicuratione beneficioque molliri, atque ita mitescere, ut nullum inde sit onus detrectaturus.

LEONES TARVISINI QUID. CAP. XXXVI.

Leones duo pro foribus, ut fere passim insigniora templa habent, Tarvisii sunt, quorum unus in pronao cathedralis Ecclesiae à dextera Draconem alatum unguibus impactis comprimit: Draco autem retorto collo Leonis pectus admordet, significans, quod prava quidem cogitatio cor incessit, fortis vero animus eam acutum elidit: à lava autem Leo alter Leunculum apprehensum pectori subjicit suo, demonstrans, quod generosus quisque animus seipsum vincit.

SPHINGES QUID. CAP. XXXVII.

Quas vero Sphingas humanicipites, reliquo corpore Leonino pro templis proflare locorum ubi quibique cernere est, sunt qui figmentum omnino hieroglyphicum interpretentur ea intelligentia, ut

d Idg. anti-
 quibus, anti-
 valvas tem-
 ut

C